26. **R. 3.** Si damnum datur sit culpa mere juridica, sive lata, sive levi, aut levissima, Lex Aquilia ad reparacionem danni non obligat in foro conscientia, saltem ante sententiam condemnatoriam; ita Silv. Haunold. Reiff. Chling. Schmier, & communior TT. & Canonista contra Covar. Nav. Zoes &c. **Prob. 1.** Obligatio ista in conscientia non descendit ex iure naturali: nam hoc iure radix restitutio est res accepta, & *injusta acceptio*, seu *lesio*: hic autem in damnificante non concurret res accepta; quia supponitur nihil ad eum perveniente: neque *injusta lesio*; quia sine culpa theologica *lesio* non est formaliter *injusta*, sicut nec voluntaria, sed potius comparatur casui; sicut *lesio* ab infante, aut amente facta; ergo damnificans ex mera culpa juridica pro foro interno conscientia non tenet reparare damnum ante sententiam. 2. Neque obligatio ista descendit ex iure positivo canonico, aut civili: tum quia id ex nullo texto clare colligitur; tum quia obligatio Leg. Aquilia videtur efficaciter nasci primo post sententiam: ut fatis clare deducunt ex textu capituli primi, & tertii Leg. Aquil. I. 2. pr. & I. 27. §. 5. ff. ad Leg. Aquil. ibi: *dannos quo*, que verba proprie significant sententiam condemnatoriam, sicut I. 2. C. cod. ibi: *ne id damnum faciat, compensatio iudicis autoritate consequeris*, ut aqua in priore statum restituatur, cjsdēm iudicis curia impetrabis: tum quia Lex Aquilia est penalē, vel faltem sequitur naturam legum penalium §. 9. **Infl. ed.** lex autem penalē ad peccatum non obligat regulariter ante sententiam iudicis, ergo. *Ratio* est: qui communis sensus, praxis, & consuetudo fidelium interpretatur nobis Leg. Aquiliam, quod nullus existimet, se coram Deo obligari ad damnum reparandum immediate, & ante sententiam, si damnum istud fecit involuntarie per ignoriam inadverentiam, & obliuionem, vel alium delictum coram Deo inculpabilem: immo obligatio immediata est nimis dura, noxia, & conscientis onerosa; ergo. Ex his solvuntur iura in contrarium, dicendo illa obligare non immediate, & absolute, sed mediate, & conditionate tacite, si sententia late fuerit, §. 4. & seq. **Infl. & I. 5. §. 1. 3. I. 44. ff. ad Leg. Aquil. I. 45. pr. & §. fin. cod. & c. 2. 4. 5. 6. fin. b. t.** Dices: *Jus utrumque indistincte obligat ad damnum reparandum culpa datum, ita ut ignorantia non excusat cap. fin. b. t. 2.* Quod petitur actione rei perfectoria, debetur ante sententiam, cum nobis abit arg. §. 17. **Infl. de actione**. sed compensatio danni illati petit actione Legis Aquilae, que est rei perfectoria, licet in causa inficiacionis sit mixta: §. 23. ed. 3. **Aequus** est, ut faciens damnum, illud compenset, quam alter prooris innocens illud patiatur ex culpa damnificantis. **R. Ad 1.** Jura ista explicanda, & suppleenda sunt ex c. 6. b. t. si damnum *voluntarie*, seu culpa Theol. datum sit; neque excusat ignorantia culpabilis, que conjuncta est cum peccato Theologico. **Ad R. 2.** Dicitur, quod petitur tanquam debitum ex contractu, aut delicto theologico, conc. maj. debitum ex culpa mere juridica, neg. maj. hoc ipsum enim est in questione, an debitus ex culpa juridica vere in conscientia debetur ante propria actionem. **Ad 3.** In hoc cau teretur certat de damno vitando, adeoque locutus est reg. 65. in 6. in pari causa prior est condito possidentis, & conuenientis.

27. **R. 4.** Lex Aquilia post sententiam judicis pro-

babilis obligat ad reparacionem danni culpa juridica dati: ita com. sententia contra Rebello. Haunold. Schmier &c. **Prob. 1.** Lex justa in foro externo, est etiam justa in foro interno; sed Lex Aquilia est justa, & rationabilis in foro externo: tum quia non appareat ipsius iniquitas; tum quia fundatur in bono communi, ut homines reddantur attenti, ne per se directe, vel indirecte damnum proximo faciant; ergo etiam est justa pro foro interno; ita ut reus in conscientia teneatur parere iudicii precipienti compensationem danni culpa juridica lati. Praeterea lex ista fere est inutilis, si culposus damnificans neque post sententiam obligaret ad damnum refarcendum. Ex his duabus resolutionibus. **Collig. 1.** Quod damnificatus ex culpa mere juridica ante sententiam judicis non possit sibi facere occultam danni compensationem ex bonis damnificatis; quia compensatio ista in conscientia non debetur, nisi post sententiam. At si sententia late est, folatum ex illa restituere non tenetur; quia adjudicatione suum factum est, cum reus post sententiam solvere teneatur. **Collig. 2.** Quod damnificatus ex culpa juridica, folatum post sententiam repertere, vel occulare compensare non possit: si vero solvit ante sententiam, folatum occulare compensare possit; quia, cum natura debetur, repetitione locus est.

28. **Obj. 1.** Lex Aquilia fundatur in dolo, & culpa theologica, ut patet ex verbis illius I. 2. pr. I. 27. §. 5. ff. ad L. Aquil. ergo si deficit culpa theologica, deficit hujus legis obligatio. 2. Lex Aquilia apud nos fideles explicanda, & intelligenda est secundum jus Can. cuius est discernere iustitiam Legum civilium; sed jus Can. c. 6. b. t. dicit reparandum esse dannum *voluntarie*, seu culpa theologica causatum, & ubi lo voluntarie non ponitur, subintelligi debet: siquidem cit. c. 6. per modum regulae generalis defumptum est ex Penitentiali Romano: ergo. 3. Compensatio, & restitutio in foro Can. & theologico non oritur nisi ex *re accepta*, vel *injusta lesione*, & *acceptione*; sed in hoc casu non adest res accepta, ut suppono, neque *injusta lesio*; quia sine peccato theologico iustitia formalis non committitur: ergo. 4. Dum iudex aliquem condemnat ex Leg. Aquilia, sententia illus fundatur in presumptione culpa voluntarie, & theologice: siquidem in foro externo non potest probari, an culpa mere juridica, an similitudine theologica interveniet: immo ex toto tit. L. Aquilie non potest evidenter ostendiri, quod sermo fit de culpa mere juridica per exclusionem voluntarie, saltem indirecte sufficientis ad culpam theologiam; ergo iudex sententiendo, absolute non adjudicat actori compensationem danni, sed tacite conditione, si damnum voluntarie, saltem indirecte causatum sit, sicut accident in aliis sententiis; ut si non debitor rem condemnet ad solvendum &c. Hac argumento, prater cetera, adeo aliquibus videatur efficacia, ut omnino existimetur sententiam istam esse probabilem, & tutam in foro conscientia, reumque, si solvete causus, est in foro externo, uti posse compensatione occulta, servatis tamen aliis debitis conditionibus, sicut non debitorum, qui ex falsa presumptione debiti condemnatus, coactus est ad solvendum: nihilominus pro mea opinione.

R. Ad 1. Culpa theologica fuit occasio condendi leges de damage reparando, sed quia culpa theologica in foro externo nequit facile probari, ideo melius dicatur leges istas inniti causa publica, ne per intentionem, & negligientiam aliquorum damnam civibus inferatur; ergo licet culpa theologica non praeferebit, tamen iusta est condemnationis ob solam culpam juridicam, & civilem, & conf. reus ex tali sententia in foro interno obligatur. **Ad 2.** ly voluntarie opponitur causus fortuito, non vero culpa juridica, que fictione juris habetur pro voluntaria; alias non recte dicentur culpa, & ideo c. 2. 3. 4. 5. b. t. indistincte dicuntur damnum culpa datum esse reparandum. **Ad 3.** Pro dannis compensandis sufficit laiso civiliter, seu juri dice iniquitas; cum laiso theologica non faciliter sit probabilis. **Ad 4.** Sicut Lex Aquilia, ita & sententia iudicis occasionaliter fundatur in culpa theologica, principalius vero, & motive fundatur in bono publico, ut inter cives securitas sit a danis inferendis. **Sed dices contra:** iura, quando contra ius naturale disponunt ex causa boni publici, causam itam aperte-

ut

ut patet in usucapientibus, in privilegiis pupillorum, & minorum, SCto Macedoniano, & Vellejano &c. sed in toto iure non reperitur, quod Lex Aquilia fundatur in causa boni publici: bene vero reperitur, quod fundetur in delicto, cum damnum injurya datum numeretur inter delicta privata: tum quia Gregorius IX. c. fin. b. t. non dicit simpliciter quod ignorantia non excusat ab injurya, & damno culpa dato, sed signanter addit: si scire debuisti ex facto tuo injuriam reprehensibiliter posse contingere, vel latrare, quod perinde est, ac ignorantiam esse theologice culpabilem, cum sententia culpa mere juridica, utpote hic, & nunc invincibili, nemo scire debeat, aut possit, quidex facto suo sit securum; ergo Lex Aquilia non fundatur in bono publico, sed in presumptione delicti theologici: hec autem presumptione facti, si fallat, facit celsare obligationem legis, & sententia in tali facto fundatur, ut dixi I. 1. tit. de Conflit. n. 26. Ad hoc sane difficile argumentum. **R. Caufani publicam Leg. Aquilie sufficienter colligi, tum ex fine hujus plebis citi ad communem securitatem, & damnum aversionem conditi; tum quia in Leg. Aquila, & levissima culpa venit, I. 44. ff. ad Leg. Aquil. ob quam respubl. das iudicis potestatem commandandi reum; ita ut sententia illius iusta omnino habeatur, atque ita tranquillitati conscientiarum consularit. Ad textum c. fin. b. t. dico, illum procedere de negligenti, & debito non tantum theologico, sed etiam civili, & juridico. Ex his patet culpa levissima, que raro culpa theologica misceretur, sufficeret ad iudicium Leg. Aquila, quamvis in contractibus non tam Lex Aquilia, quam culpa culpabilis contractui propria attendatur, ut dixi lib. 3. tit. 14. in doctrina generali de contractibus.**

In hoc tit. Compilator juris nostri finis seriem delictorum: priusquam tamē hinc abcas, pro uberiori notitia paululum animum diverte ad delicta, que tibi ex jure civili hic subjiciuntur.

29. Noxa est dictum servi, ex quo dominus obligatur alternative, ut vel dominum a servo cauſatum p̄fet, vel servum noxam datur, hoc est, ipsius corpus servi in satisfactionem cedat, v. g. si servus committit furum, rapinam, vel aliud delictum privatum: ex delicto autem publico, ipsi servi teneatur, cum dominus loco illorum ad ipsam corporalem condemnari nequeat, I. 12. §. 3. 4. ff. de accusatione. Causa de iusticio noxam vide in lib. 1. tit. 8. in Pandect. lib. 9. tit. 14. In Codice lib. 3. tit. 41. Hoc de deficientibus servis, deficit hoc iudicium noxale; & si famulus conditum in suo officio deliquerit, datur actio electiva, vel contra famulum, vel contra dominum, si is in culpa fuit eligendi famulum idoneum: secus si famulus committit pro honesto, & idoneo habeatur: tunc enim ad reparacionem danni folius famulus, & non dominus convenienter. Exempla habes in exercitoribus navis, carpone, & stabili, si ministri illorum in suo officio deliquerint §. fin. **Infl. de obligat. ex quasi delict. item in lib. 2. §. 5. ff. ad L. Aquil. de servo**, auctoraturo fornacario ad fornacem obdormire & &c.

30. Pauperes, seu damnum ab animali datum, dum pecus quadrupes generatim paci solitum contra naturalem suam confitudinem nocumentum facit alteri domini, cui competit actio quadrupedaria, seu de pauperie, ut dominus animalis, vel nocumentum recompenseret, vel animal noxa datur, v. g. ut si bos corna petat, equus calce feriat &c. Ratio ex parte damnificanti est, ut inde nimis servetur; ex parte domini animalis, quia ei imputari debet, quod tale animal habeat. Non dicunt autem actio ita de domino; quia animal, seu brumum, quod sensu, hoc est, ratione caro, injuriam non facit, sed pauperem, seu damnum sine iuris faciens datum, pr. **Infl. si quadrupedaria.** 2. Si aliud animal bipes, ut gallus, conus, vel quadrupes gregatum paci non solitum, ut canis, fera belita, nocumentum faciat, datur actio ita noxalis, seu quadrupedaria *utlis* ex interpretatione L. XII. Tab. I. pen. ff. si quadrup. pauper. 3. Si animal secundum suam confitudinem, & naturam damnum faciat, v. g. fata depascatur, celsat huc actio noxalis, & datum alia, v. g. actio de pauperi; vel in factum, in quantum dominus animalis factus est locupletior. 4. Si animal ferox five solutum, five ligatum nocuit eo loci, quo vulgo iter sit, datur actio *editilia* in factum, seculo-

nora descendens ex dicto Edilium I. un. ff. devia publ. ut dominus animalis nocumentum recompenseret 200. solidis, si homo liber occisus sit; arbitrarie, si tantum ei nocutum fuit: si vero servus, vel alteri rei nocutum est, dupli dominus condemnatur; hodie arbitrarie ex Conflit. Car. cap. 136. Vide de his action. in Inst. lib. 4. tit. 9. in Pandect. lib. 9. tit. 1. lib. 21. tit. 1. l. 40. & seqq;

Vnde par. I. pag. 690. pag. n. 27. &c.

31. Quasi delictum est factum carens vero dolo, & culpa vera; in quo tamen lex singit, aut supponit esse culpam. Hujus species sunt I. *Impudencia*, vel *impunitia*, si iudex bona fide procedens propter impunitiam male sententiam proferat, pr. **Infl. de oblig. ex quasi delict.** quo cauſa teneat iudex actione *syndicatio*, seu *male iudicari*, factique item suam, hoc est, in tantum teneat partem lege, in quantum ea latit. I. 5. §. 7. ff. de O. & A. Huc revocatur impunitia ministrorum ad publica officia deputatorum, ut Episcopi, parochi, confessores &c. at si mediecius, per impunitiam male curer, verum delictum committi, & convenit ex Leg. Aquil. §. 7. **Infl. de Leg. Aquil.** nam mediecius profiteretur pertinaciam suarum artis, non vero iudex peritiam juris.

32. II. Quasi delictum delecti, vel offusi ex canaculo, dum ex aliqua domo aliquid delectetur, aut prout jecur, aut effunditur in locum, quo vulgo sit iter, & præteriens ludatur, aut in vestibus consupatur, §. 1. **Infl. de oblig. ex quasi del.** Hoc casu, si familia delecti, vel effudit, dominus teneat damnum reparare; quia ei incumbit habere instructam familiam, ne quid in locum publicum delectat, aut effundat. Si plures sint habitantes, & unus certus pescatur, omnes in solidum tenentur, uno tamen solvente, ceteri liberantur I. 1. §. fin. ff. de his, qui delect. vel effud. Si hospites moniti simile quid fecerunt, nihilominus propter securitatem viarum dominus teneat; sed is regredire habet contra hospites, I. 5. §. 4. ff. ed. in quo titulo plures de hac materia casus reperies.

33. III. Quasi delictum suspensum, dum res aliqua collocatur ad locum, ex quo faciliter in viam publicam cadere, & præterientes ludente potest. Contr. dominum rei suspensae datur actio prætoria popularis in 10. aureos, esti adhuc nihil nocutum sit; quia hic folus metus nocumenti a prætorie punitur, I. 5. §. 6. & seqq. ff. de his, qui delect. Omnes tres actiones ita dantur in filium: si iudex fuit, vel habitavit in concilio separato, ex quo aliquid delectum, effusum, aut suspensum fuit, §. 2. **Infl. de oblig. ex quasi delict.**

34. IV. Quasi delictum exercitoris navis, carpone, aut stabuli, ut talibus ministris utatur, qui aliqui in nave, carpone, aut stabulo furtum, vel aliud damnum faciunt: quo cauſa præter actionem propriam delicti, v. g. furti contra ministros, & præter actionem *infamie de recepto* ex quasi contractu, datur damnificatio actio prætoria in factum ex quasi delicto contra dominum navis, carpone, & stabuli; quia culpa ejusdem malis hominibus uti; effuge hoc actio pinguisima prodamno refaciendo, cum in ea venias etiam culpa levissima I. 1. 3. §. 1. ff. **Name, Capon.** Hodie ex recepta confunditc hospitas periculum rerum suarum in se suscipiunt; nisi specialiter eas consignat caponi custodiendas. Hactenus actiones de damno dato reperio, que fatis clare approbantur a iure Can. cap. fin. b. t.

35. Crimen ambitus est illicita questio, & imprætratio honorum, & dignitatum, v. g. per pecuniam, & alia munera tibi conciliando favorem, & animos suffragantium, ut per eos honor ambitus obtineatur; cum tamen officia, & dignitates bene meritis gratis conferri debent. Hoc peliferum crimen viget in rebus publicis Democraticis, & Aristocraticis: cessat in Monarchia, ubi distibutio officiorum ad principem pertinet: punitur ex L. Julia de ambitu pena 100. aureorum, cum infamia I. un. ff. & I. un. C. ad L. Jul. ambitus. Hunc delictum in foro Can. similis est simonia, de qua jam supra actum. In Ordinibus religiosis contra ambientes servandas sunt propria statuta, & penae.

36. Crimen frandata annona est, dum quis dolo facit, ut annona carior fiat, quod est annontam flagel.

flagellare, vexare, fraudare *i. 2. ff. ad L. Julian de annona* cuiusmodi vocantur Dardanarii a Dardano Magno, quasi per magiam frumentum convolare in eorum horae: *Pantayola, & Seplesiarri*, quibus nihil est iniquius in oneranda annona; ut si annonam convervent ad tempus caritatis, frumentum coemant, ut ipsi carius divendant, naves annonarias retineant, annonam corruptam, & minoris mensura dividant. Hoc crimen, utpote publicum, punitur ex L. Julia de annona pena 20. aureorum, aliquando confiscatione bonorum, & exilio. Vide *tit. ff. & c. ad L. Jul. de annona l. un. C. de monopol.*

37. Crimen privatū carceris est, dum quis privata auctoritate delinquenter, vel debitorum carcere mancipiat, & detinet. Crimen hoc ex *Conf. Zenonis* punitur ultimo supplicio, *tit. C. de privatis carceribus*. *Lex Viſellin*, perfunctos libertinos, officia ingenuorum usurpantes: hodie apud nos non est in usu, cum servis, & libertinus caretamus.

38. Crimen illiciti collegii, seu corporis est, dum societas instituuntur ad finem improbum, v. g. ad cœmicationes, libidines, falsas religiones, factiones &c. Talia collegia sunt peccata Reipubl. cum frequenter in iis nascantur conspirationes, seditiones, & alia gravia, & infanda sceleris, puniunturque variis penis, ut vis publica proscriptio domus, & alii arbitriis, *tit. ff. de colleg. & corpor. l. 15. C. de Episcop. & Cler.* At collegia auctoritate principis instituta licita sunt; ut mercatorum, fabrorum, & aliorum opificium, quibus datur potestas condendi statuta præter, non contra ius commune, *l. fin. ff. d. r. quibus etiam hereditatis relinqui potest, & successio ab intestato l. 1. & seqq. C. de hereditatibus*. Decur illicitis autem collegiis nulla successio permittitur, *l. 8. C. de hered. Inf.* A fortiori licite sunt collegia Ordinum religiosorum, utpote a Papa approbata, & iurisdictione cum plurimis privilegiis donata.

39. Extraordinaria crimina sunt, que certa lege, & pena non puniuntur, sed arbitrio judicis coercentur; uti sunt *solicitare alienas nuptias*, seu alienis uxori predictum appellare, seu profituisse velle, *interpellare aliena matrimonia*, seu aliena uxoris nuptias appetere: que delicta esti careant, proper voluntatem peribit, *extra ordinem puniuntur*, *l. 1. pr. ff. de extraord. criminib.* in quo titulo plura alia exempla repetit, que continuatur in seqq. titulis; ut de *sepulcro violato, de concusione* &c. *Scapulismus* est delictum grave, dum quis in alieno agro ponit lapides, seu scapulos, hoc indicio, ut, si quis agnum illum coleret, sciret ob infidis lapides ponentium se malo letho peritum. Punitur hoc crimen usque ad penam capitalem, *l. 9. ff. de extraord. criminib.* *Circulatori*, qui serpentem circumfuerint, & alios terrerint, pro qualitate delicti, & damni extra ordinem puniuntur, *l. fin. cod.* Præterea crimen ordinaria, quibus lege certa pena statuta est, sepe extra ordinem de plano cognoscuntur, & arbitrario puniuntur, ut *injuria l. fin. ff. de injuriis furtil. l. fin. ff. de furuis* &c. quia hec via sine figura & stipitu judicis est expeditior, *l. 13. ff. de penis*.

40. Repressalia, latine *Pignoraciones* Graece *Andropistis*, sunt crimen extraordinarium, quo res aliena, vel persona occupatur pro delicto alterius: nam iniuriam, & iuri naturali contrarium est, ut quis in persona sua, aut rebus patiatur pro delicto alterius, cum delicta suos tenere debent autores, *l. 22. C. de penis*. Unde repressalia prohibentur non tantum iure naturali, sed etiam Canonico *c. un. l. t. in 6. & civili Nov. 52. c. 1.* ubi utens repressalias præter amissio nem actionis, dicitur puniendus pena quadruplici violentiam paſto applicanda. *2. Repressalia* quod materiam variati & cohonestari possunt: puta si princeps ex causa justa, ex quo bellum moveare potest, indicat repressalias, easque adversario nunciet, ut si is satisfacere nolit, pignoraciones istas sustinere cogatur in bonis etiam innocentium, non tam in eorum perfonis, nisi haec executoribus repugnaret; quia tunc vim viterpellere licet *Can. 2. dominus*, *23. q. 2.* At contra clericos, eorumque bona nullatenus licet repressalias concedere; alias persona singularis excommunicatur, & communitas interdicto subjecitur, nisi intra mensum concessionem pignorationum revocaverent, *cit. c. un. h.* deter-

t. in 6. 3. Alicubi inter privatos tolerantur pignorationes; ut si quis animal, quod pauperiem fecit, capiat & detineat instar pignoris, donec dominus animalis damnum refaciat, vel animal noxe dedat. Vide *Vide par. I. pag. 690. post n. 27. &c.*

Hactenus actum est de criminibus: nunc in seq. tribus titulis de penis vindicativis in foro externo, & interno, & medicinalibus. Tandem ad imitationem Pandectarum jus Can. clauditur duobus titulis generales juris materiae continentibus; puta de Verbor. signific. & regular. jur.

T I T U L U S XXXVII.

De Penis.

Agitur de hac materia in Sexto, Clementin. Extra vag. Joan. XXII. & Communib. h. t. In Decreto diff. 81. per pluta capita, & 23. q. 4. & sparsim in 16. q. 1. & 6. in Trid. *seff. 13. c. 4. de refor. & seff. 25. c. 14.* in Pandect. l. 48. tit. 19. cum seq. in Codice *lib. 9. tit. 47. cum seq.*

1. Nota 1. Penam in genere definiri, quod sit *justitia delicti punio*. Quia definitio applicatur penas civili, medicinali, & vindicative, quia omnes ha-
pno modo coercent, & puniunt delictum; & ideo pena a puniendo dicta est.

2. Nota 2. Penam dividi *1. in Privatam, seu conventionalem*, que ex privata partium conventione imponitur; & plerisque non obligat ante sententiam judicis, nisi alter convenerit; & de hac in praesenti non agitur; & *publicam*, que ex publica potestate, & jurisdictione infligitur. *2. Publica subdividitur in medicinalem*, que fertur ad contumaciam correctionem; uti sine censure: *civilem*, que fertur ad satisfactionem privatam parti applicandam: & *vindicativam*, que fertur ad vindictam publicam, five penae ista late sint ab ipso jure, five ex arbitrio judicis. *3. In ordinariam*, quia a lege, aut confutidine constituta est: & *extraordinariam, seu arbitriariam*, que ex arbitrio judicis pro qualitate delicti, & personarum imponitur. *4. In personalem*, quia sibi persona; *realem*, que rebus in odium personæ; & *mixtam*, quae persona, & rebus imponitur. Sic depositio ab officio est personalis, pri-
vatio beneficii, & iurius querendi, ut inhabilitas ad beneficium obtinendum. *5. In positivam*, cuius executio petet actionem five rei, five alterius in reum exercendam, ut flagellatio, occiso & negativo, seu privatam, cuius executio est aliqua privatio, five juris quaesti: ut privatio beneficii, & iurius querendi, ut inhabilitas ad beneficium obtinendum. *6. Vindicativa subdividitur in capitalem*, que damnato interfert mortem, vel naturalem, uti occasio, vel civilem, uti servitus, deportatio, & damnatio ad metalla, quibus exequatur bannus imperialis, & perpetuum exilium, & non capitalem, quae circa mortem naturalem, aut civitatem infligitur in corpore, status, aut bonis rei; uti sunt penas temporales, futiligatio, & incarceratione, pecuniaria sicut applicanda, infamia, &c. & spirituales; privatio beneficii, depositio, irregularitas, degradatio. Agerur hic *1. de penis in genere potissimum vindicativis*. *2. De penis spiritualibus Ecclesiæ*. *3. De penis temporalibus fori canonici & seculari*.

S. I.

De Penis in genere.

3. Q. I. Quo jure, & ob quam causam introducta sunt penas?

R. 1. Penna in thesi originem suam habent a jure naturali; & quidem ob cautum delicti: nam ius naturale in genere dictat, malefactores esse puniendos; & ideo iustitia vindicativa per se tendit ad vindicabilem; cum aliquo felicitas recipi. consenserit non posset, si omnia criminia manarent impunita.

4. R. 2. Penna determinante in specie descendunt ex jure positivo, vel divino; sicut in veteri testamento; vel humano, sicut antea apud gentes omnes bene moratas, & nunc in Legi Christi a principibus tam Ecclesiasticis, quam politicis: ita com. nam ius naturale non

De Penis.

determinat istas penas, bene vero principis suprema potestate prædicti, ut patet ex integris ordinacionibus criminalibus; ergo. Unde principes, cum iure suo sint Superioris, penas istas pro varietate temporum mitigare, exasperare, & in eis dispensare possunt. Nec audiendi sunt Carzov, Vitriar, & alii Catholici, qui negant, principem posse dispensare, & mitigate penam in his delictis, quibus Deus in ver. leg. statuit penam capitalem, ut homicidio *Gen. 9. v. 6. Levit. 24. v. 17.* &c. nam precepta ius, utpote judicialia, abrogata sunt per mortem Christi, *e. 3. de Confit.*

5. Q. II. An iudex inferior teneat infligere penam legislati statuam? *R. 1.* Regulariter affirmative: nam iudex legibus subjectus est, non licet ei de ipsis judicare, sed secundum ipsas *Can. 3. d. 4. tum quia facti quebit in arbitrio judicantis est, pena veropersecuto non eius voluntati mandatur, sed legis autoritatis reservatur*, *l. 1. 4. ff. ad SC. Turpili*, ergo. Unde iudex inferior penas contra legem modicam gravem infamia notatur, *l. 8. 5. fin. pr. ad L. Jul. de vi priv.* Excede, nisi talis iudex aggrauantia a principi concecum habeat, sicut principes imperii; tunc enim penam remittere, vel mitigate potest.

6. R. 2. Judex inferior ex arbitrio puniens, pro qualitate delicti, deliberationis actus, attingit circumstantia loci, temporis, personæ, danni illati, potest determinare penam gravem, vel mitiorem, specificis legibus non determinatnam: nam talis pena est extraordinaria, pendens ex arbitrio judicis: ino si consuetudo permitat, potest pro ratione circumstantiarum aggravantium, vel alleviantium delictum, penam exasperare, vel mitigate, eum legislator omnes istas circumstantias praevide non potuerit.

7. Q. III. Quod sit subiectum penae? *R. 1.* Homo delinquens, & regulariter vivus; nam bruta, sicut incapacia sunt culpa, ita & penae: Itet quandoque in destituatione sceleris, & confusionem dominorum una cum reo flammis exurantur, ne occursum suo memoriam infandi sceleris excident. Mortui vero sublati sunt a potestate humana, & mors omnia criminia extinguit, *Can. 4. d. 23. l. 6. ff. de publ. judic.* Excipe quodamcasus, in quibus pena in mortuorum bona, & cadavera exercetur: *Si commissum est crimen, cui annexa est confiscatio bonorum, per perdulionem, repeatundam, hereditis l. fin. C. ad L. Jul. Maj. 2.* Si delinquenter in penam negatur sepulchra Ecclesiastica, ut hereticis, notorii peccatoribus, ut dixi *tit. ae septem.* Porro delinquentes tunc puniendis est, quoties delictum iterat; quia ea, que frequenti prævaricatione iterantur frequenti sententia condemnatoria debent *c. 1. h. t. si tamen in continentem idem crimen iteratur, ut adulterium, una pena graviori plectur: si vero in eodem actu plura delicta committantur, ut rapina, iuria, blasphemia, homicidium, reus penas omnium subiicit, *l. 2. ff. de priv. delit.**

8. R. 2. Innocens ex causa potest subesse penas; quatenus id exigit delictum nocens, *ex reg. 23. in 6.* Sic ob crimen perdulionis filii patris pectoribus privantur omnis bonus paternus, siueque infames, *l. 5. C. ad L. Jul. Maj. & liber. patris*, qui Episcopum occidit, usque ad quartum gradum arcentur a beneficiis *c. 10. ix. b. t.*

9. R. 3. Si communitas delictu, rigor penae in primores sceleris exercendus, ceteri mitius, & in bonis fortuna puniendi. Si vero major pars delictu, tota communitas nocentium, & innocentium puniri potest: & quidem autores, & capita sceleris in vita, ceteri in fortunis, *Dentron. 13. v. 12. & seqq. Can. 5. ordinationes 9. q. 1.* Si tandem aliqui solidi ex communitate deliquerint, hi soli plectentur, *l. 7. §. fin. ff. de jure*.

10. Q. IV. Quomodo, & quando res obligetur ad penam subiectandam? *R. 1.* Penna ferenda sententia non incurrit ante sententiam judicis: nam lex vult talen penam mediante ministerio, & condemnatione judicis infigi.

11. R. 2. Penna medicinalis, ipso jure, & facto incursa, stirgit in conscientia ante ullam sententiam judicis: ita com. ex *Can. 29. si quis suadente 17. q. 4. & fere toto iii. de sem. excom.* nam censura, que sunt penas medicinales, ordinantur ad correctionem, & salutem animæ, non excedunt gravitatem delicti, neque improprietate sunt humane fragilitati; ergo si

ipso jure, & facto incurrantur, obligant ante sententiam judicis.

12. R. 3. Penna positiva, & privativa juris plene quiescit, etiam si ipso jure, & facto incursa sit, non stringit ante sententiam judicis, saltem criminis declaratoriam: ita com. ex toto fere *tit. de penis*, hic & in iure civ. ubi ad executionem penarum requiritur judicis auctoritas. *Ratio 1.* quia conditioni humanae aduersum, & inhumanum est, ut quis se ipsum offert ad pennam positivam, v. g. ad mortem, ad fuliginationem, deportationem, incarcerationem; ergo *2. Pars habetur cap. 19. de heret. in 6.* ubi ad confusione-

rem, seu privationem bonorum, qua ipso jure ob heresim incurrit, prævi requiring sententiam eradicatoria: *ratio 2.* quia inclinationi, & fragilitati humanae nimis durum, & contrarium est, ut quis ob crimen penam privativam in se exerceat, v. g. privando se episcopatu, parochia, vel alio officio, aut jure plebis episcopatu, parochia, vel alio officio, aut jure plebis ipsa factio incurrandam statuant, tamen non obligant ante sententiam declaratoriam criminis.

13. Dies: *1.* Et his sequitur, nullam esse differentiam inter penam ipso jure, & per sententiam judicis incursum. *2.* In iure pontif. sepe adduntur ista clausula: *ante ultam sententiam, absque alia declaratio ne, nulla monitione prævia;* ergo tunc pena privativa stringit ante ultam sententiam etiam criminis declaratoriam. *3.* Ad *Neg. seq.* nam sententia declaratoria: *privata*, *de nonnullis sententiam, absque alia declaratoria*; *pena*, *nulla monitione prævia*; ergo tunc pena privativa stringit ante ultam sententiam etiam criminis declaratoriam. *4.* Ad *1. Neg. seq.* nam sententia declaratoria: *privata*, *de nonnullis sententiam, absque alia declaratoria*; *pena*, *nulla monitione prævia*; ergo tunc pena privativa stringit ante ultam sententiam etiam criminis declaratoriam. *5.* Ad *1. Neg. seq.* nam sententia declaratoria: *privata*, *de nonnullis sententiam, absque alia declaratoria*; *pena*, *nulla monitione prævia*; ergo tunc pena privativa stringit ante ultam sententiam etiam criminis declaratoriam. *6.* Ad *2. Prior clausula intellegitur: ante ultam sententiam declaratoria, ubi non excludit criminis declaratoria, Altera clausula, que vix unquam ponitur in penis propriæ dictis, priu-
vantibus jure plene quebit, vel intelligitur de penam declaratione, vel in delictis notoriis, que nulla declaratione indigent: quo casu saltet precepto judicis opus est, ut reus bonis, & iuribus quebitis spoliatur.*

14.

14. R. 4. Penna privativa improposita dicta, que est negotio favoris sub conditione concessi, ipso jure inculta obligat ante ullam sententiam judicis: ita com. nam lex statuunt talen penam, est conditionata, si alter conditionem impleat: neque tali casu est jure plene, & absoluto quebitum, sed inchoative, & conditio-
nante, *si conditio posita fuerit*; ergo si conditio deficiat, jure naturali deficit favor sub ea concessus, & cons. privatio hujus favoris, & iuris jure naturali, & in conscientia incurrit. Hinc etiam in iure pontificio frequenter adduntur ista clausula: *nece posse est suffragare, sub periculo anime teneatur ad restituendam* &c. sic enim Episcopatus intra semetipsam confectionem, amittit Episcopatum. *Trid. 3. 23. c. 4. de reform. beneficiorum*, etiam curatus, non persolvens horas canonicas, fructus non facit suos ex motu proprio *S. Pii V. Ex proximo 12. Kalend. Octob. 1571.* parochus intra annum non sufficiens sacerdotio, privatur jure parochie *c. 14. de elect. in 6. &c.* quorum omnium eadem est ratio; quia jura, & favores isti non conceduntur ab Ecclesia, nisi sub his conditionibus a jure præfixis.

15. R. 5. Reus post iustam sententiam judicis, obligatur in conscientia ad sustinendam penam: nam de jure naturali subditus patre tenetur iusto precepto Superioris. Unde *1.* Tenetur solvere penam pecuniariam, si tamen exigatur, aliquo prestatim condonari. *2.* Tenerat maneret in carcere, aut exilio, nec inde aufugere potest: & si condemnatus est ultimo supplicio, tenetur, v. g. scalas, aut rogum confundere &c. *3.* Ipse tamen reus non tenetur, immo nec licite potest penam mortis in se exequi, vel aliam nimis duram.

P. Remigii a S. Erasmo. Pars II.